Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/320827

21

THESES

JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BARTH. JAC. LINTELO DE GEER,

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM, JUR. UTR. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO AC HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

STEFPHANUS HENRICUS DE LA SABLONIÈRE

E PAGO ABCOUDE,

A. D. II M. MAJI ANNI MDCCCL, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD C. BIELEVELT.

MDCCCL.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA VIDUAE P. MUNTENDAM ET FILII.

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

I.

Cum clar. viro SAVIGNYO et glossa ab eo citata L 22 D. pr. ad municipalem legenda est »Filii libertorum libertorumque liberti, paterni et patroni manumissoris domicilium aut originem sequuntur."

II.

Lex commissoria in favorem fidejussoris adjecta, non valet.

III.

Nulla est antinomia inter L 29 § 2 D. de inoff. testamento et L 5 § 3 et 4 D. de appellatione.

IV.

Obligatio ejus, qui injuste absolutus est, non debet naturalis dici.

V.

Tam privilegium exigendi, quam pignus transit ad eum, cui sponte obligatio cessa est.

VI.

Decreto Principis 26 m. Martii 1814 toparchis concessum erat, ludimagistros eligere.

VII.

Qui domum suam dolo malo incenderit, plectendus est poena art. 434 C. P.

VIII.

Crimen parricidii tunc demum locum habet, ubi noxius scivit patrem esse eum, quem occiderit.

IX.

Nimis severa mihi videtur constitutio C. P. a°. 385 n°. 3, qua ad opus publicum damnantur fures, si unus alterve sociorum clam aliis arma secum habuerit.

X.

Exceptio veritatis convicii plenius admittenda fuisset.

XI.

In art. 188 n°. 4 Cod. Quaest. Crim. verbis »de aanbrengers, wier aangiſten door de wet met geld beloond worden" etiam continentur, quibus pars mulctae cedit.

XII.

Quod in lege fundamentali jus gratiae receptum est, probandum est.

XIII.

Si usufructuarius vendit fructus pendentes et moritur antequam percepti sunt, proprietarius non tenetur fructus tradere, nec potest pretium acquirere.

XIV.

Si locatio, ab usufructuario inita, tempus lege definitum transgreditur, tamen conductori actio in fructuarium ejusque heredes competit, licet conductor sciverit, locatorem fructuarium esse.

XV.

Locator privilegium habet ex art. 1189 C. C. etiam ratione pensionum novissimi anni, quarum dies nóndum venerit.

XVI.

Si fidejussor moritur, antequam obligatio cui accedebat, contracta est, heredes ejus non tenentur.

XVII.

Domicilium conventionale etiam valet ratione heredum.

XVIII.

Verba in art 6º. C. M. (alles onverminderd etc.) abundant.

XIX.

Socius commenditarius, qui in poenam art. 21 C. M. incidit, non semper tamen ideo socius ordinarius neque adeo mercator habendus est.

XX.

Commissionarius, qui del credere in se suscepit, non potest quod interusurii nomine (disconto)

remisit, imputare committenti, si convenerit ut solutio ad diem fiat.

XXI.

Quod per art. 438 C. M. nauta dimissus probare tenetur, se sine justa causa dimissum esse, ut damni resarcitionem possit consequi, minus convenire videtur cum iis quae in art. 437 praecedunt de nauta nisi ex justa causa non dimittendi.

XXII.

Commissionarius ad emendum, proprias merces mittens, provisionem exigere potest.

XXIII.

Jus decimarum agriculturae nocet.

XXIV.

Corrigendis viis et fodiendis canalibus maximopere mercaturae et culturae favetur.

190183